



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

97. An qui vendit arma, vel tribuit, aut mutuat illa ad bellum iustum, incurrat irregularitatem? Et quid, si præbeat arma offensiva in ipso conflictu belli, & quamvis sit Clericus in Sacris? Ex p. 4. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

qui facultatem præbet expressam ad aliquod factum amover omnia impedimenta ad illud. Et ideo Villalobos in *Sum. tom. 1. tr. 2. diff. 18. n. 9.* sic ait: [Adversus, que si el Papa da licentia à algun Clerico para que pelee en la guerra, ò que assista à ella con armas offensivas, y defensivas, no queda irregular, aunque mate alguno, como dicen todos, que es esta una como anticipada dispensacion, ò como dicen Covarruvias, y otros, es vilito quitar el Papa toda la pena, y censura de aquel acto.] Ita ille, & ego.

RESOL. XCV.

An Clerici in casibus, in quibus licet possint pugnare, occidendo hostes, incurrant irregularitatem? Et notatur quod in bello iusto ad cuius felicem exitum non est necessaria pugna Clerici, si Clericus pugnat, peccat graviter, non tamen est irregularis, nisi ipse hominem occidat, aut mutilet, quomodo aliquem feriat, & alii socii hostem occidant. Ex p. 9. tr. 9. & Misc. 4. Resol. 8.

Affirmativè respondet Navarrus in *Manual. cap. 72. num. 215.* Cajetanus & Bañez in 2. 2. *quest. 40. art. 2.* & Ledesma in *Summa tom. 2. tr. 3. c. 13. conclus. 4. 1.* ubi sic ait: [Los Clericos que pelean, aun quando estan obligados à pelear, se hazen Irregulares, si matan, o cortan miembro. Esta sentencia es comun entre los Doctores, y tiencela Cajetano, y Navarro, y otros muchos: esta sentencia se funda lo primero en que esta irregularidad no se cõsigue à pecado, sino a occision voluntaria, ò a mutilacion de miembro. Y en este caso ay alguna destas cosas. Luego incurrese Irregularidad. Lo segundo, porque en el derecho todos los que matan, o cortan miembro se hazen Irregulares, aunque lo hagan en defension de su Republica, sino es que sea en su propria defension. Luego todos los demas quedan Irregulares. Lo tercero porque el juez que mata, o corta miembro queda Irregular, aunque sea obra buena, y que estava obligado a hazerla. Y lo mismo es de el que mata defendiendo à su padre, quando estava obligado a defenderle. Luego lo mismo sera en nuestro caso. Ita ille. Et ita hanc sententiam tenet etiam Bañez in 2. 2. *q. 40. art. 2. dub. 4.* asserens sic esse Praxim Cutiae Romanæ, in qua Clericus qui occidit in defensionem Republicæ, existimatur irregularis.

2. Sed negativam sententiam ego teneo cum Valentia *tom. 3. disp. 3. q. 16. punct. 4.* Molina de *Iust. tom. 1. tr. 1. disp. 109.* Præposito in 3. *q. 5. de Irregul. dub. 12. n. 92.* Sayro de *Censur. lib. 6. c. 2. n. 9.* Turriano in 2. 2. *tom. 2. disp. 93. dub. 1.* Hurtado *vol. 2. disp. 169. sect. 14. sub sect. 2. §. 140. & 141.* & aliis. Dico igitur, quod si bellum defensivum sit necessarium ad salutem Republicæ, nec Clericos in eo pugnantes, & occidentes, vel mutilantes incurtere irregularitatem; si enim eam non incurritur qui alterum occidit, quando id est necessarium ad justam proximi defensionem, multò minus incurrit qui idem præstat, quando bonum Republicæ id requirit, ad cuius defensionem aliquis obligetur. Confirmatur. Durum videtur, quod privatus incurrat irregularitatem propter actum, ad quem tunc naturæ obligatur, cum hac ratione multi arcerentur ab observatione præceptorum. Confirmatur ex Div. Thoma in 2. 2. *q. 40. art. 2.* in fine corporis, ubi ex eo docet, Clericis non licere bellum gerere, quod nulli, qui est deputatus ad aliquod officium, licet id, per quod suo officio incongruus redditur; cum ergo in nostro casu licitum sit Clerico pugnare, & occidere, non videtur per hoc impediti, quo minus pristinum officium exercere valeat. Itaque statuendum est, Clericum esse irregularitate immunem quoties legitimè

Tom. V.

pugnare potest licet hostem ipse occidat. Et hanc sententiam probabilem esse concedunt ipsius Adversarii, vt Bañez loco citato.

3. Notandum est hic obiter cum Hurtado *ubi supra*, §. 142. quod in bello iusto ad cuius felicem exitum non est necessaria pugna Clerici, si Clericus pugnet, peccat graviter, non tamen est irregularis, nisi ipse hominem occidat aut mutilet: quomodo aliquem feriat, & alii socii hostem occidant: sola ergo nece aut mutilatione ab ipso effectu est irregularis. Vide etiam Reginaldum *tom. 2. lib. 3. cap. 8. num. 80.*

Sup. hoc sup. in Ref. 93. §. vlt. à lin. 6. & inf. in Ref. 109. §. vlt. prop. fin. & in to. 7. tr. 7. Ref. 17. prop. fin. à vers. Si bellum vtro.

RESOL. XCVI.

An Clerici bello assistentes pro spirituali Militum auxilio, si illos in conflictu incident ad præliandum, incurrant irregularitatem? Et utrum sit necessaria licentia Prælati ad assistendum in exercitu absque irregularitate. Ex p. 6. tr. 4. Ref. 39.

Respondeo, si bellum est iustum, licitum esse Clericis milites hortari ad pugnandum, fortiter pro Patria, pro Rege, pro iustitia Religionis, dummodo non dicant, Occide, macta. Quinimmo probabiliter puto contra Lorcam in 2. 2. *disp. 5. n. 22.* Ref. not. seq. Suarez de *Censuris disp. 46. sect. 6. n. 8.* & alios posse §. 1. prop. Clericos sine irregularitatis periculo milites in bello iusto hortari generatim ad percutiendum, & occidendum hostes, modò in particulari neminem occidi suadeant aut jubeant. Ita Layman *lib. 2. tract. 3. c. 12. fin. num. 19.* Henriquez *lib. 14. cap. 12. num. 4.* in *Glossa, littera R. Avila de censuris*, p. 7. *disp. 70. sect. 3. dub. 2.* Hurtad. *ubi infra*, §. 137. & 143.

2. Sed si aliquis quærat, Vtrum necessaria sit licentia Prælati ad existendum in exercitu absque irregularitate? Aliqui censent Ecclesiasticum exhortatorium ad pugnam licitum esse irregularem cæde sequuta, si adsistat exercitui absque licentia Prælati. Censet tamen cum eo eventu non fore irregularem, licet ejus in exercitu præsentia sit peccatum contra obedientiam: quia licentia Prælati aut carentia ejus nihil pertinet ad rationem homicidii, aut defectum lenitatis. Ergo si illa actio cum licentia non spectat ad eos defectus; nec sine illa spectabit. Et ita docet Hurtad. de Mend. *vol. 2. disp. 169. sect. 2. §. 135.*

3. De quibusdam verò casibus in quibus pugnando incurritur, vel non incurritur irregularitas, vide me ipsum in p. 4. *tract. 2. ref. 27. 28. 29. & 30.*

Sup. hoc ad centia Prælati ad existendum in exercitu absque irregularitate? Aliqui censent Ecclesiasticum exhortatorium ad pugnam licitum esse irregularem cæde sequuta, si adsistat exercitui absque licentia Prælati. Censet tamen cum eo eventu non fore irregularem, licet ejus in exercitu præsentia sit peccatum contra obedientiam: quia licentia Prælati aut carentia ejus nihil pertinet ad rationem homicidii, aut defectum lenitatis. Ergo si illa actio cum licentia non spectat ad eos defectus; nec sine illa spectabit. Et ita docet Hurtad. de Mend. vol. 2. disp. 169. sect. 2. §. 135.

Que omnes hic sunt inf. Ref. 97. 99. 100. & 101.

RESOL. XCVII.

An qui vendit arma, vel tribuit aut mutuatur illa ad bellum iustum, incurrat irregularitatem? Et quid si præbeat arma offensiva in ipso conflictu belli, & quomodo sit Clericus in Sacris? Ex p. 4. tr. 2. Ref. 28.

Ad hunc casum ita respondet Turrian. de *Sup. hoc inf. cens. lib. 9. disp. 68. dub. 1.* si iste actiones ex in ref. 100. mente P. Suarez fiant solùm generatim, & ordinentur in fin. & in ad bellum iustum, non incurritur irregularitas propter illas. Si vero fiant in ipso bello, & determinatè ordinentur ad occidendum, incurretur irregularitas, quia actio illa tenet determinatè ad homicidium. Alii putant non incurri irregularitatem, quia hæc irregularitas requirit homicidium non quomodocumque: aliàs Princeps, qui gerit bellum ex solo imperio & præcepto erga milites illam incurreret; ergo sicut in illo non sufficit tale imperium, multo minus in privata persona actio vendendi, vel mutuandi arma ad bellum gerendum, etiam quando judicatur prudenter,

faciendum

Cuturum homicidium, & hoc placitum non videtur improbabile. Ita Turrianus. Et licet sententiam Suarez docuerat ante Sylvester *ver. homicidium* 3. Henricus *lib. 13. capit. 12. numero 4. in gloss. lit. N.* & Villadiego *de irregularitate cap. 6. n. 5.* ego tamen cum Turriano puto contrariam sententiam probabilem esse, quam absolute docet Avila *part. 7. disp. 5. sect. 3. dub. 2. conclus. 1.* ubi asserit. Ex dictis sequitur quod vendentes vel donantes arma militibus ad bellum iustum, non manent irregulares. Et hoc intelligo, quamvis præbeat arma offensiva in ipso conflictu belli, & quamvis sit Clericus in Sacris. Sic Avila. Sed quoad Clericos intellige, modò non præbeant arma ad occidendum hunc, vel illum in particulari, & ita recte advertit amicissimus & doctissimus Barbosa *in collect. tom. 2. lib. 5. tit. 12. cap. 24. num. 2.*

Sup. hoc in
§. vi. not.
præterita.

RESOL. XCVIII.

Excusantur aliqua irregularitates in bello injusto. Ex part. 1. tract. 7. & Misc. 7. Ref. 8.

Quoad hoc
in to. 8. tr. 5.
lege doct.
Resol. 38.

§. 1. QVæro primò, An miles pugnans in bello injusto incurrat irregularitatem si occidat insequentem se, & ipse confodiatur defensionis causa. Affirmat Avila *de censur. part. 7. disp. 8. §. 1. dub. 1. conclus. 2.* Sed ego adhæreo negativæ sententiæ, quam ex Præposito tenet Gibalinus *de irregul. cap. 4. quæst. 3. conclus. 5. diff. 5. num. 32.* Dico igitur, militem, qui injustè pugnavit, & modò terga vestit, si paratum se ostendat ad reparandam injuriam pro sua parte, verbi gratia velit deinceps mereri sub castris hostium, & nihilominus impetatur, posse se defendere etiam cum alterius interitu, quia non mihi videtur privatus miles ad aliud obligari posse, an vero miles iustè pugnans, & hunc fugientem occidens, quamvis paratum ad satisfactionem peccet, dubitari poterit, si enim fugiens licitè defendit, illicitè pugnatur, uti sæpius sumus argumentati, alioquin dabitur bellum utrumque iustum; verum quidquid sit de hac consequentia, de qua dicemus alibi fusiùs, neutrum hoc loco peccare existimamus, quia uterque ducitur optima ratione, fugiens quidem dum se defendit, & insequens etiam, qui sapienter existimat, se sui Principis iustè pugnantis partes agere, & ejus injurias jure ulcisci: atque ita uterque occidere ex opinione probabili sui juris, & tunc tantum est bellum utrumque iustum formaliter, quod sæpius contingere certissimum est, neuter igitur eo casu fiserit irregularis.

2. Nota etiam cum Lessio *in 3. part. cap. 2. de irregular. dubitat. 4. numer. 13.* quòd si quis prior invadatur ab hoste, nec valens aliter effugere eum occidat, non fiet irregularis, etiam si pugnat ex parte injusta.

3. Nota verò hic cum Avila, quòd qui se confert ad bellum injustum non quidem ad pugnandum, nec ad inducendos milites, sed ad juvandos eos in spiritualibus non esse irregulares, etiam si ad propriæ vitæ defensionem quempiam occidant, quia legitima defensione utuntur.

4. Quæro secundò: an omnes qui militant in bello injusto sint irregulares sequuto aliquo homicidio? Affirmativè respondent Doctores; unde Villalobos *in summa tom. 1. tract. 21. difficult. 24.* sic ait; [Todos los que pelean en guerra injusta (aunque no maten con sus manos, ni corten miembro) quedan irregulares; Así lo tienen todos. La razón es porque todos ellos cooperan en el homicidio, y así son irregulares, como los que cooperan al homicidio en una renzilla particular, y mucho mas lo son estos, lo qual consta del derecho.]

Sup. hoc in
rel. seq. &
lege §. ejus
primæ not.

5. Sed Giballin. *ubi supra conclus. 7. difficult. 2.* Alibi *num. 35.* admodum probabile videtur quod existimandum esse irregulares, qui moraliter dici possunt jamvisse occidentes, aut mutilantes, quales sunt tantum aliqui circumstantes; non autem totus exercitus per latam planitiem diffusus, quia non satis intelligitur quomodo multa millia fuerint huic cædi cooperata; quando vero ex parte injustè pugnantium aliqui caduntur, ij tantum ex commilitonibus erant irregulares, qui fuerint causa cur hic & nunc pugnant, atque adeò ab hostibus occisi fuerint; confirmaturque hæc sententia Coninch ex eo quod non videantur singuli milites teneri ad reparandum damnum, quod à toto exercitu in injusta urbis excisione illatum fuit, uti Paludan. *num. 40. diff. 15. quæst. 2. numero 30.* docuit, cui adhæsit Less. *lib. 2. cap. 14. num. 57.* quia inquit singuli milites non juvantur iniquam expugnationem nisi faciendo partem suam, non autem procurando, ut alii suam, in illo damno facerent & sicut totus exercitus est causa totius damni, ita singuli suæ tantum partis, nisi alia ratione alios juverint, quod autem singulis constantibus ingentem exercitum fieri non potuit respectu singulorum aliorum, ut patet; atque ea ratio æquè valet in irregularitate ad restitutionem damni, cum utraque oriatur ex cooperatione ad damnum, & mortem inferendam: communis verò Doctorum opinio, quæ contraria est, non ducitur alia ratione, quam quod omnes conjunctis animis, & viribus pugnantibus sint una causa moralis damni, & injustæ cædis, quam causæ unitatem nos negamus inter tot millia militum, dicimusque non aliter facere unam causam, quam unitate Ordinis, eodem modo, quo constant unum exercitum, & quo in toto colectivo singulæ partes illud faciunt.

6. Quæro tertio, an qui custodiunt sarcinas militantium in bello injusto fiant irregulares? Affirmativè in terminis respondet Villalobos, & Baunius *ubi supra; Avila dubitat. 2. conclus. 3.* sed ego adhæreo sententiæ negativæ Giballini loco citato, quia isti non nisi remotè admodum cooperantur militibus pugnantibus, & occidentibus, ut diximus alias de vendentibus arma. Idem mihi omnino dicendum videtur de iis, qui obsonia deferunt ad exercitum, neque enim magis cooperantur hi homicidiis, quam qui servant sarcinas.

7. Nota tamen cum Giballino, quod Dux injusti belli tot incurrit irregularitates, quot illic sunt homicidia, quia ipsorum omnium causa principalis est, & in omnibus militibus pugnat, quandoquidem illi suo imperio, & auspiciis pugnant; unde etiam totius damni causa existit; & ideo Villalobos *num. 2. & numero 5.* subdit: [De lo dicho se collige, que si suceden en esta guerra injusta muertes y mutilaciones de ambas partes (como suelen suceder) los que en ella se hallan, incurren irregularidades diferentes, unas de homicidio voluntario que nacen de delitos, y otras casual.]

RESOL. XCIX.

An milites pugnando in bello injusto, si aliquem non occidant, remaneant tamen irregulares? Et quid de custodiensibus pugnantium sarcinas? Et an militantes in bello justo aggressores non sint irregulares modo suis manibus sanguinem non fundunt, si alii mutant, vel occidunt? Ex part. 4. tractatu 2. Refol. 27.

§. 1. Ad